

tam in suo servitio quam alieno sive comunis Tergesti, excepto in exercitu ut supra; et non peti facere per se vel aliam personam pro eo, et nullam gratiam petitam per eum vel aliquam aliam personam de predictis poni facere in aliquo conscillio, [et] nichilominus talem gratiam, si daretur sibi, non observare 5 nec tenere, salvo quod si eligeretur ad aliquod officium vel regimen quod duraret in vita sua, quod potestarie Tergesti renunciare possit sine aliquo preiudicio. ¶ Et si iret extra civitatem Tergesti et districtum in aliquo exercitu, ut dictum est, nullum 17 B salarium vel premium recipere vel habere praeter salarium // 10 sue potestarie, nec recipere seu recipi facere donum vel exenium aliquod ab aliquo cive vel habitatore Tergesti, vel a forense habente aliquid facere coram ipso, etiam pena decem libr. par. et ab ipsis omnibus non habentibus aliquid facere coram ipso accipere possit a viginti sold. par. inferius tantum. 15 ¶ Et non ire ad comedendum cum aliquo cive ad eius domum. ¶ Item non habere aliquem civem Tergesti secum ad comedendum, nec eciam coredare vel coredari facere secum aliquem civem vel habitatorem civitatis Tergesti tempore sindicatus sui, donec a dicto syndicato fuerit absolutus. ¶ Item non 20 habere societatem cum aliquo mercatore Tergesti per se vel per alium, nec cum aliquo utente in civitate Tergesti, nisi in utilitatem comunis Tergesti, exceptis colleganciis factis ante introitum sui regiminis. ¶ Et stare ad syndicatum cum iudicibus militibus et tota familia sua octo diebus post exitum 25 sui regiminis, salvo si ante per syndicos et conscilliarios fuerit absolutus. ¶ Et non interesse in conscillio in quo aliqua pars esset posita pro suis spetialibus negotiis, donec ipsa pars capta non fuerit. ¶ Item non preponere nec preponi facere in maiori conscillio aliqua in statuto contenta, eciam sub pena 30 quinquaginta libr. par. ¶ Et in omnibus prepositis tam minoris quam maioris conscillii, ponere suam balotam in piscidibus prout sibi melius videbitur pro utilitate comunis Tergesti super quolibet capitulo sive partito, et primo suam balotam ponere. ¶ Item non transmittere aliquam literam pro 35 comuni Tergesti extra civitatem, nisi cum consensu maioris partis iudicum comunis Tergesti. ¶ Et aliquas litteras que